



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum Christianarum Memoria, Libri X

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Cap. I. De morte Commodi, & de regno Severi Imperatoris, sub quibus
illustres viri martyrizati sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

D. HAIMONIS
HISTORIAE ECCLESIASTICAE

LIBER VI.

CAP. I.

*De morte Commodi, & de regno Severi Imperatoris, sub
quibus illustres viri martyrizati sunt.*

Igitur, Commodus Imperatore tredecim annis functo imperio, & *Ælio Pertinace* post eum solis sex mensibus; *Severus* suscepit principatum. Sed & *Victore* Papa X. annis Episcopatu functo, *Zephyrinus* suscepit sacerdotium. Erant eo tempore plurimi ecclesiastici viri nobiles, & stylo illustres; *Heraclitus*, qui in Apostolorum commentatus est, & *Maximus*, qui de famosissima omnium hæreticorum questione differuit, unde sit malū? Sed & *Candidus* in Hexaameron, id est, de principio Genesios scripsit: *Appius* quoque, Hi, cum quibusdā aliis, hæreses ortas suis temporibus confutant, & maxime hæresin *Pauli Samosatani*, habentis auctoritatem à quodam *Artemone*, dicentis: *purum hominem, & absque Deo fuisse Salvatorem*: & mentientis, id ipsum ab Apostolis antiquitus fuisse traditum. Interea *Severo* quoque adversus ecclesiam sæviente, martyres multi efficiuntur, præcipue tamen apud Alexandriam. Quo ex omni *Egypto* ac *Thebaide*, velut in quoddam stadium pietatis, athletæ ducebantur. In quibus & *Leonides*, pater *Origenis*, pro fide Christi capite plexus est, qui teneræ adhuc ætatis supra dictum puerum dereliquit.

HAY-